

tior: & minus indagabilis: nisi deo spirante qui oibus æqualiter
ut conuenit spirat de qua gratia spiritus affluentis hūere primi
sciētiarum inuentores: & p̄cipue astronomiæ. Seth filius adam
& filiū eius: qui scripserunt eā in lapidibus post. cc. xxx. annos a
creatione Adæ certe ab ipso patre edocti sapiētissimo ante dilu
uiū: & post Noe lafet ionitus enoch habrahā: ut tradūt istoriæ
ne tā nobile secretum in natura incognitū remaneret: homini
bus illud sapiētia increata patefecit. F. Si ergo motus cœli
causa sunt oīum quæ eueniunt: intellectiōnes sunt motus: qui
eueniūt: ergo sunt causa ēt intellectiōnū. Astro. Tactum ē
supra: ostendā & nunc qualiter intellectus possibilis siue aīa no
stra moueat a corporibus celestibus: quoniam sine fantasmate
non pōt intelligere anima: ut habet ex tertio de aīa. fantasmata
autē surgunt ex sensibus: quæ sine corpe esse non possunt: idco
anima hoīs non pōt intelligere substantias separatas omnino
a materia quia illarū nulla sunt fantasinata: sensus autē mouen
tur a corporibus celestibus: ergo ex cōsequenti anima mouet a
corporibus celestibus. F. habeo: responde: postq̄ sacris lris
credis: suppono creationem reꝝ: ut moyses scribit: & arguo sic:
cuicunq; competit aliqua operatō secundum naturam: illi sunt
attributa a natura omnia illa: sine quibus illa operatio cōpleri
non potest: sed terre data est operatio & uirtus hēbā uirentem
geminandi producēdi fructus & alia omnia ante creationem
solis & lune & stellarū: ergo terre data sunt oīa illa sine quibus
a natura illa complere non poterat: ergo sol luna & stelle quæ
post terram creata sunt: non erant cause corꝝ que p̄duxit ante.

Astro. Hoc argumētū ē efficax: & appens: sed dico breuiter
hic: quia cum de tempore dicit: latius hanc materiā de creatione
sumus dicturi: uerū est quod p̄bat argumētū: non. n. poterāt esse
cause ante eaz̄ creationem: sed non sequit̄. ergo nunc non sunt
causæ: quoniam lux creata ante terram cum firmamento quod
cælum dictum est: & cum motu qui sunt causa generationis &
p̄ductionis: & tunc fuerunt similiter causa p̄ductionis & gene
rationis terræ: quia dixit. terra erat inanis & uacua uirtutibus
p̄ductiuis & generatiuis: & informis: sed ex motu & lumine &
cœli uirtutibus formata p̄duxit uerbo dei: de qua quidē luce
facta sunt luminaria & stelle cum uirtute lucis præexistētis no